

Anhang

In den folgenden Texten werden Ligaturen, soweit sie — wie vor allem bei Casusendungen — nicht eindeutig zu bestimmen sind, in runden Klammern aufgelöst.

I.

Graf Petrus von Ceccano schenkt seiner Verlobten Gemma, der Tochter des Grafen Johannes (Squintus) von Pico, den vierten Teil seines Besitzes.

19. Mai 1063

Überlieferung: Montecassino, Archiv, Caps. XII 34 (Original).

Vgl. T. L e c c i o t t i, Abbazia di Montecassino. I registi dell'archivio 2 (1965) S. 97 f.; s. o. S. 72.

In nomine Domini Dei salvatori nostri Ihesu Christi. Anno Deo propitius pontificatus dom(no) Alexandrio summo pont(ifice) et universis sanctiss(imo) secundo papa in sacratissima sede beate Petri apostoli anno secundo indictione prima mense madius die nona decima. Quoniam certum est me dom(nus) Petrus comes filius de Amato comes¹⁾ seu domna Sergia comitissa et avitatoris civit(ate) Cicano Hac dies dos dono cedo trado et irrevocabiliter largior atque sponte offero per paginem donati(onis) chartula hac die presenti propria mea substantia vel meum conquisitum de meo iuro in tuo iam[?] iuro de dominio propria expontanea mea voluntate, Ideo quia tibi domna Gemma nobilissima comitissa in Dei nomine sponsa mea si Domino placuerit filia vero de dom(no) Iohannes nobile comes seu domna Alfarana iugalibus et avitatoris in castello qui appellatur Pica. Quia pro nimio magno amore et dilectione, quod in te abeo et inantea abere desidero, idest quarta parsion(e) principales de totias[?] omnibus rebus quod sunt de civitates et castellas et rockes cum montis et planis cum flumina et fontes cum stagnis cum criptis et arenareis cum collis et ecclesiis et cum omnis edificiis et cum omnem sua datione intus et foris et cum omnia sua pertinentia et cum affines et suis lateribus et de mobilibus rebus aurum vel argentum mobile vel immobile sed seque moventibus quantum nunc hodiernum die paratum abeo etiam quantum modo et in posterum auxiliante(m) Domino usque in fine acquirere potuero hec omnia superscripta quarta parsione abeas a me donatum vel concessum in super-